

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

38

1479 luglio 27, Ind. XII, Matera

† In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadricentesimo septuagesimo nono. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Hierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno vicesimo primo... mense iulii, die vicesimo septimo eiusdem duodecime indictionis, Mathere.

Nos Loysius Thomasii Nicolai de Angeli, de dicta civitate Mathere, ad contractus per provinciam terre Ydronti tantum reginali auctoritate iudex, Eustasius de Danesiis, de eadem civitate Mathere, puplicus ubilibet per totum... regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, dompnus Nicolaus Mathey Corbi, dompnus Loysius Monaci magistri Ursi, dompnus Thomasius Antonii Iohannis Coczuli et dompnus Nicolaus Angeli Nicolai de Aleo, testes... de affata civitate Mathere... fatemur... quod... constitutis Pasca Antonii de Cataldo, uxore Iohannis de Tumia, de dicta civitate Mathere... et ... dompno Thomasio Nicolai de Zucza et dompno Cicco Antonelli iudicis Angeli, procuratoribus... monasterii... Sancte Lucie seu Sancte Agate de Mathera... cum consensu... sororis Costantie, abbatisse et sororis Margarite, priorisse et certarum... monialium eiusdem monasterii... prefata Pasca stante... cum eadem... Marchitello de dicta civitate Mathera pro suo munduo electo et petito per eam, dato sibi per nos iudicem et notarium ac per Paulum Iacobi de Iacutio, de eadem civitate Mathera, baiulum credencerium pro presenti anno duodecime indictionis regie baiulationis dicte civitatis... et eius curie confirmato, consentiente et auctorizante sibi in tota serie... huius instrumenti et non ultra... asseruit... habere... domum unam seu lameam unam... in dicta civitate Mathere, intus in Civita,

in pictagio dicte ecclesie Sancte Agate, iuxta murum seu parietem dicte ecclesie, iuxta parietem orti dicte ecclesie..., iuxta menia seu murum et portam civitatis predictae, iuxta viam publicam... et placuit eidem... dictam domum cum platea ante ipsam... vendere... Ea propter... vendidit prefatam domum... prefatis dompno Thomasio et dompno Cicco... sub annuo censu sive redditu granorum decem... solvendorum... in perpetuum... capitulo maioris ecclesie Materane... pro... pretio unciarum duarum et tarenorum viginti quinque...

† Ego Loysius Thomasii Nicolai de Angelo reginalis qui supra iudex predicta fateor et me subscripsi

† Ego dompnus Nicolaus Corbi qui supra testis testor

† Ego dompnus Loysius de Monaco qui supra testis testor

† Ego donnus Nicolaus Angeli Nicolai de Aleo